



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Historiae Ecclesiasticae Pars ...**

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||  
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||  
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad  
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni  
magni ad trigesimum ...

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

De Helena Adiabenorum regina. Cap. XI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29861**

*De Helena Adiabenorum regina.*

CAP. XI.

**F**Amis porrò quæ Claudio dominante passim longè lateq; serpebat, deinceps in scriptis suis mentionem facit, isto modo. Dum hæc geruntur forte fortuna in Lib. 20. gens famæ vniuersam Iudæam peragravit, Quo quidem *anti.ca.3* tempore, Helenæ regina frumentum, quod grandi pecunia ex Aegypto coemerat, his qui erant in egestate beni *ad. ii.* gne distribuit. Atque ista testimonio illi in Actis Apostolorum prescripto congruëtia reperies, nimirum quod discipuli qui commorabantur Antiochiae prout quisque habebat, proposuerunt in ministerium habitantibus in Iudæa fratribus, quod & fecerunt, mittentes ad seniores per manus Barnabæ & Pauli. Helenæ vero (cuius apud hunc scriptorem sit mentio) columellæ illustres illæ quidem & eximiæ in suburbijs Aeliæ ciuitatis cernuntur. Hanc ferunt gentis Adiabenorum imperium tenuisse.

*De Simone Mago, & altera Helena.*

CAP. XII.

**P**orro autem cum fides in seruatorem & Dominum nostrum Iesum Christum ybiq; ad omnes homines iam dimanasset, Satan humanæ salutis hostis capitalis, vrbem, quæ propter imperij decus cæteris omnibus dominata est priusquam fidem Christi reciperet, astute præcipere præoccupareque molitus, eō Simonem, quem antea posuimus, quasi manu deducit: atque callidis illius viri præstigijs opem ipse ferens, complures qui Romæ domicilia rerum suarum collocaſſent in errorem inductos suo addixit obsequio. Declarat hoc quidem Iustinus, qui nō longe post Apostolorum tempora vixit, quiq; multū nostræ religionis excelluit disciplina, de quo dicam vberius ubi tempus datum fuerit, ea quæ sunt eius virtuti & doctrinæ cōsentanea, exponēdi. Hoc loco aut̄ historiā ab eo in priori sua Apologia quā ad Antoniū pro religiōe Christiana scripsit, traditā recitabo. Post domini in celū ascensionē, homines quidā dæmonum impulsu incitati scipios

E 4 acces